



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 38. Sessio decima, ac ultima Florentinæ Synodi cum Græcis habita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Secul. XV.
A.C. 1439.

admodum, atque Pontificia Majestate dignis dixit: *Intelleximus, quæ per venerabilem fratrem nostrum Nicænum dicta sunt. Et quamvis in mente nostra non esset aliter, tamen gratum fuit audisse, quæ relata sunt quia ista est doctrina sancti Joannis Chrysostomi, & aliorum Sanctorum, qui præserunt, & qui secuti sunt: Et hanc doctrinam secuta est, & semper sequetur cum gratia Dei sancta Romana Ecclesia: Et gratum fuit audire; ut qui aliud existimassent, certi de vestra bona opinione.*

§. XXXVIII.

Decima ac ultima Florentinæ Synodi Sessio cum Græcis habita.

Comperta hac Græcorum declaratione unica hæc, qua ratione decretum conficeretur, sollicitudo omnium animis occupabat. Singula illius verba ad Latinam vocata, & tum a Græcis tum a Latinis severe ad trutinam examinata fuerunt, tandem secundis curis exacte emendatum, ac Græco latinoque Sermone conceptum prodiit: Ergo die lunæ sexta Junii quæ erat octava dies festi SS. Apostolorum Petri & Pauli; ultima Græcos inter & Latinos celebratæ Synodi habetur Sessio, ad quam omnes in Ecclesia Cathedrali Florentina conveniunt, atque ordine nuper Ferrariæ observato confidenter

id tantum si excipias, quod Pontificis so-
lemni ritu Sacrum celebraturi thronus
ante Altaris faciem collocatus fuerit. Ce-
terum universus Reipublicæ Magistratus
intervenerat, omnesque non solum Lati-
ni, sed & Græci servato dignitatum sua-
rum ordine ad summum Pontificem ac-
cesserant, illique profundam reverentiam
exhibentes, manum ejus religiosissime de-
osculabantur. Postea Hymno *Veni Crea-
tor Spiritus* ab Imperatoris Musicis con-
cinne decantato, summus Pontifex ritu
latino rem divinam fecit, qua absoluta
thronum suum ad dextrum Altaris latus
positum repetiit, ac Imperator læva ex
parte solium suum occupavit, ceterique
omnes Præsules sacris vestibus induti, in
humilioribus longe scamnis confederunt:
Dein a Juliano Cardinale sequens unionis
decretum latine primum, postea a Bessa-
rione Niceæ Metropolitæ Græce perle-
ctum est. En illius tenorem.

§. XXXIX.

*Decretum Concilii Florentini de unione
Græcorum.*

*Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei Conc. Labbe
ad perpetuam rei memoriam, consentien- tom. 13. p.
te ad infra scripta carissimo in Christo Fi- 510.
lio nostro Joanne Palæologo Romæ Im-
peratore illustri, & loca tenentibus venerabi-
liss. Eccles. Tom. XXVII. Gg lium*